Commentaria .D. Fortunii gartia ab Artheaga Iuriſcō. Hiſpani in difficilimū ac uberrimū omniū contractuum parentem Tit. ff. De Pactis. cum Rep. c. primi eodem Titulo.

✠

Fortunius Garcia Iuriſconſultus Hiſpanus Lectori felicitatem.

Ge[?]quod bene uertat. Candidiſſ. lector excipe pacato uultu uigilias noſtras ſtudioſorum cōmuni utilitati nuncupatas. Opere precium an fecerim neſcio qui de pactis graue & ſubobſcurā diſputationē aggreſſus multa hactenus indiſcuſſa
a enodare & illuſtrare tentauerim: Sed me facturū ſperaui: Quippe qui non neſcirē nil antiquius nil honeſtius ꝗ multorum utilitati ſua induſtria ſtudere conſulere ꝓſpiculari. Ad quod quidem ipſa natura mortalium genus ſic inſtruxit formauit que hominē uoluit nō ſibi: Sed toti genitum ſe credere mundo. Omniū ꝗ rerū pulcherrimā compagem mutuo uiu & fulturis ſuſtineri. Neqꝫ uero aliud quicꝗ a nobis tractari poterat aut ipſi naturæ acceptius: aut hoīum ſocietati conuenientius ꝗ q̄d de pactionibus diſſeruimus. Ex. n. fide reguntur: qua & naturæ ius oē & hominum cōiunctio nititur: qua Iuſtitia conſiſtit: qua Religio: Pietas: quicquid humani & diuini eſt iuris continetur: quam ſi de medio ſuſtuleris. cuncta naturæ opera pereant neceſſe eſt. Ceterū ne mihi lector humaniſſime uicio uertas: q̄ tam arduā rē capeſſere nō dubitauerim. Et (q̄ nōnullis nimis audax forſitan facinus uideri poſſet) quorūdā interpretū qui ante me in eadem ſunt uerſati materia ſcita refellere auſi ſimus. Non. n. huc nos aut liuor aut ulla inanis gloriæ captatio compulit. Abſit a ſimplicitate noſtra tam impudens uoſanie eminentiſs. hominū laboribus ac uirtuti derogādo ullam in plumam aucupari contendam. Hoc ego nec uolo nec poſſum. Nō. n. nō imbecillitatis meæ ignarus ſum. Boni igitur cōſule. Et ſingula me potius publicæ utilitatis ac ueritatis ꝗ obtrectationis aut calumniæ ſtudio feciſſe interpretare. Noſti a ſummis ingenijs ſæpe aliquid ſolere quod maiores & ſi nō ignorarit accedere præterierit. Ita nāꝗ comparatum eſſe ut quis ſalientis ꝗ in ſuis (ut inquit ille) ingenioſior ſit. Quo ſi ga ſcriptorū ſolertiā nō parꝫ acuit nō utriꝗ opinor optime lector reprehēdis. Quo fit ut nō mō illos huiuſce facultatis proceres: quos ueluti terrena quædā numina mihi colēdos propoſui: Sed etiā quēcūꝗ mediocriter eruditū obſecratū uelim. Ut ad hoc opus noſtrū lima intendat: ad Carolū ſeu mallit Ariſtophanis librum ſingula perſtrictiꝗ quæ parū probauerit obeliſco confodiat: ne mecū una in eodē quod aiunt luto credulā diſcētium turbā hærere patiat. Et q̄n mirabitur forſitan quiſpiam: qui cantabricū ingeniū tantū audere poſtulet. Ne amplius miret. Sciat ipſum mihi primū ceſſiſſe de fide diſputādi nō parum ſuffragatū: Ea eſt profecto cantabriæ in cuius ego uiſceribus primū Vagii (admirantur æquis auribus orbis regiones reliquæ) ut nō alibi ſanctius aut religioſius fidem obſeruari crediderim. Ne igitur cuiꝗ uideat abſurdum hominē cum patriæ peculiaribus tum maiorū ſuorū inſtitutis ad fidei cultū ab ipſis pene incunabulis formatū de fide diſſerentem audire. Vale.

¶ Cōmētaria Fortunii Garcie ab Arthega alias ab Ercila Iuriſcōſulti Hiſpani in difficilē ac uberrimū omnium cōmentariū patētē titulū de pactis. ff. cum Repetitione. c. i. eodē titulo feliciter incipiunt.

¶ Super Rubrica nihil ſum dicturus: quia quæ Rubricæ tribui poſſunt exponit lex. i. ad quam a gloſe & Bar. cōtinuatione tanꝗ ad rem ipſam tranſilire docent.

Iuris edicti eq̄tas

b Tex. iſte diuiditur in tres partes. In prima declarat edicti fundamentū quod cōmendat. In ſecūda ponit deriuationē pacti & pacis. In tertia pacti definitionem inſerit. Prima uſꝗ ad uerſiculū pactum. Secūda uſꝗ ad uerſiculū & eſt pactio. Tertia uſꝗ ad. §. cōuētionis Sat eſt diuiſiſſe tex. nec ei cōuenit ſūmari. ¶ Primo noto ex prima parte ꝙ equitas naturalis ſuadet pacta obſeruari hoc intelligo ſiue pacta ſint ex nuda cōuētione ſiue ſint nomine ueſtita uel ſtipulatione. Probat quia edictū de pactis cōuētis loquitur. ut patet in. l. iuriſgētiū. §. pretor. ī eo. & pacta cōuenta cōtinēt ſub ſe omnē cōſenſum uel cōtractū ſiue nudū ſiue ueſtitū ut in. §. infra ꝓ xīmo & §. ſequēti. Sed pacta cōuenta obſeruari equitati naturali cōuenit ut in prima parte noſtri tex. ergo ſequitur ꝙ eadem equitate obſeruant. ¶ Hinc dubito cū pretor equitatē niſi ſemp ſequat ut. l. q̄ ſi epheſi inſta de eo quod certo loco & in §. minus. Inſtit. de here. que ab int. de. & in illo tex. quare ē ꝙ diuerſimode ſeruanit pacta nā alia obſeruat actiōe alia exceptione tantū ut. l. iuriſgētiū. inſta eo. & tamē uidemus eādem eſſe equitatem in utriſꝗ & diſpoſitiones pretorias ſemper eſſe equitati cōnexas. hoc reſoluemus in. l. iuriſgētium. §. pretor. ¶ Secūdo noto ꝙ fides ſeruāda eſt equitate & ratione naturali. Hinc Tullius lib. i. de off. inquit ſiue eē fundamentū iuſticie: & ob hoc dicī fidē ſm Stoicos dictā ꝙ dictū fiat. ¶ Hinc primo īfero ꝙ cū dictū ſit q̄d ſimpliciter dicitur & differat a pacto & pollicitatione ut. l. ſecundum. §. dictum de edil. edicto. non ſolum naturalis ratio uerſatur ad obſeruanda pacta & pollicitationes. Verum ad obſeruanda ſimplicia dicta. ratio eſt quia naturalis ratio in fide ſeruanda uerſatur & fides eo dicitur ꝙ dictum fiat. Facit tex. in. l. i. in prin. de conſti. pe. inſta. Facit. c. iuramēti. xxii. q. v. & in. c. i. de ſponſa. duorum. & illud pſal. que procedūt a labiis meis nō faciā irrita. Vnde oritur queſtio an ex pollicitatione quis obligetur naturaliter & per pn̄s de iure canonico. & pro parte negatiua ꝙ de lege canonū nō obliget tenet Abb. in. c. cum inter uniuerſas. in fine de

lect. extra & colligit ex intētione ſua in prohe. lie. decre. in fine. & eſt de mēte io. and. Bar. & Bal. & Io. de Imo. ut moderni canoniſte late referūt in. c. i. de pactis extra. dūs Iaſo. in. l. iuriſgētiū. §. ſed cum nulla. poſt primā col. infra eo. qui triplici fundamēto mouetur. Primo quia eſt ſpeciale in uoto ut notat in. c. ſcimus. i gloſ. xii. q. i. ¶ Secūdo quia eſt ſpeciale fauore pie cauſe ut notant docto. in. l. illud. de ſacro ſanc. eccle. C. & in. c. ex parte de cēſibus. ¶ Tertio quia tex. in. c. i. eſt correctorius iuris ciuilis ergo nō debet extendi &c. ¶ Tamen forſan credēdū eſſet cōtrariā eſſe ueritatem ad quā opinionē me inferiora mouent primo ut dixi compoſitio fidei cum eo dicat fides quia dictum fiat ut inquit Tullius & ſanctus Tho. ſecūda ſecūde. q. lxxx. arti. 3. ubi etiā refert Auguſtinū. Item facit definitio fidei quā ponit. M. Tul. ubi ſupra cum inquit. Fundamētum autē iuſticie eſt fides id eſt dictorū cōuētorūꝗ cōſtantia & ueritas. ergo & cōuēta & dicta eque ī fide cōprehēduntur. Sed ad fidē obſeruādā naturaliter obligamur ut in tex. noſtro ergo ad dicta naturaliter obligamur. Et ꝑ cōſequentiā canonū iure nam a lege naturali ad canones ualidū arg. ut inferius oſtendā & argumētat Abb. in. c. debitores de iure iurādo. ¶ Secūdo facit tex. in. c. qualiter ſu. al. ubi dicit ſtudioſe agendū eſt ut ea que promittuntur opere cōpleant. nam uerbū promiſſio ita comprehendit polli. itationē prout pactū. ut. l. ſcīēdū. §. dictū ſu. al. Nec obſtat dicere ꝙ talis intellectus ē extra titulū. quā hoc nihil obſtat dū modo in uerbis generalibus comprehendat partē tituli. l. pacta. immo ut aliquid tex. ille afferat. extra. c. primū. debemus eū interpretari in uniuerſali ſignificatiōe uerbi. tā ī pacto ꝗ ī pollicitatiōe. Hoc ēt cōfirmatur tali ratione quia pollicitationē nō obſeruari eſt peccatum ut in. c. iuramenti ſu. al. & ipſe Abb. confitet in. d. c. inter uniuerſas dicit dicat ex pollicitatione nō naſci actionē & facit id q̄d dicit. ꝗ ꝓcedunt a labiis &c. Sed cum finis iuris canonici ſit occurrere peccato ut in. c. nouit. de iudiciis. in. c. ut animarū. de cōſti. lib. vi. cum ſimi. Sequit ꝙ intētio capituli qualiter. eadē eſt ī pol. & pacto. quia eadē ratio prohibitionis. & iſto eodē argumēto utūtur doctores in pacto nudo ut patet late per moder. in. d. c. i. & ſi ī pollicitatione abſꝗ cōtraria rōne teneāt cōtrarium. ¶ Tertio facit. c. debitores. de iure iurādo. ubi ſm cōem opinionē nulla eſt obligatio promiſſionis quia turpis ex parte obligantis & quia lex ex ſua parte reſiſtit ita Abb. Sed iuramenti obligatio ualet quia fit deo in quo nulla prohibitio nec turpitudo. & hoc eſt quod tex. dicit cogēdus eſt deo reddere iuramētū: ex illa n̄ obligatione que in deum dirigitur reſultat naturalis obligatio parti & ſic ei cui nō promitto cōuētione inter ipſum & me an

clarius colliges ex bar. I. le. ſi is qui ꝑ emptore la. iiii. col. ubi
teſtat uidere &c. ubi idē firmat ex mente tex. noſtri. immo
& q̄d fortius eſt ſecundū bar. ea que ſunt iuris & facti non
poſſunt ope exceptionis elidi. ratio quia exceptio fingit ſꝫ
in his que ſunt iuris & facti non cadit fictio priuatiua pro-
batur nam quotiens duo copulatiue requirunt ad actum
ad eius ueritatem requiritur utrunq; & uno defficiente dif-
ficit actus ut in le. ſi is qui &c. §. utruꝫ de rebus du. l. ſed ius
a iure tollitur uere. non ergo erit neceſſe fingere actum nō
eſſe. cuꝫ uere deſinat eſſe ita dicebat bar. ibi. ¶ Sed de his
dictis & ſi ſpecioſa ipſa facie uideantur. ſatis dubito: nō. n.
mihi uidentur ius ſapere. primo ego non uideo quare ex-
ceptio fingat actionem non eſſe: immo cum eam excludat
ut le. ii. de excep. l. preſupponit eam preexiſtentem. prete-
terea aut nos conſideramus pactum inquantum eſt con-
uentio & tunc eſt facti & in eo habent locum fictiones ſe-
cundum bar. aut conſideramus iura que ex facto uel ex cō-
tractu reſultant & in his non poteſt habere locum fictio ſe-
cundum ipſum ſed actio eſt ius reſultans ut patet in defi-
tione ergo non poteſt fingi non eſſe unde barto. male ui-
detur intellexiſſe regulam non uidetur de reg. iu. cuꝫ intel-
lexerit q; non uidetur habere actionem id eſt fingitur non
habere qui repellitur exceptione. ¶ Tertio q; replicatio
non fingat exceptionem non fuiſſe nec pactum non fuiſſe
ſatis clare probatur. inſti. de repli. in prin. ubi dicit q; inter-
duꝫ exceptio inique nocet & ideo datur replicatio. ecce q;
contra iniquum nocumentum datur remedium replica-
tionis: quod ſatis oſtendit nocere poſſe exceptionem nec
fingit eam non eſſe ut non noceat. item ſubiungit excep-
tionem eſſe iniuſtam ideo alia allegatione opus eſſe. ſ. repli
catione. ergo utraq; preſupponitur. item ſubiungit q; p re-
plicationem reſoluitur ius exceptionis. ergo per uiam fic-
tionis non reſoluitur: ſed uere maxime cum preſupponat
id eſſe ius. de quo ſuperius dixi. preterea faciunt uerba ſe-
quentia in quantum dicitur q; datur exceptio pacti de nō
petendo etiā ſi obſtet contrarium pactum. quia uerum eſt
ſic conuentum fuiſſe. ecce q; preſupponitur ipſa ueritas cō-
uentionis & ex eo datur exceptio & contra exceptionē re-
plicatio. ex his dubito de bar. doctrina cum doceat q; ex ex-
ceptione fingatur actionem non eſſe. itemq; ex replicatio-
ne fingatur exceptionem non eſſe. ¶ Ex quo etiam infer-
tur dubiū eſſe q; in his que ſunt iuris non habeat locum ex-
ceptio. & ſi ex dictis ſuis contrarium concludatur. ad quaꝫ
dubitationem bene facit quia uidemus eandem ſtipulatio-
nem quam conſtat eſſe iuris elidi exceptione ut le. ſi mulier
in iure. l. ad uel. item eādem ſtipulationem in eodem ca-
ſu. ſ. interceſſionis feminaꝫ aliqñ eſſe nullaꝫ ipſo iure aliqñ
ope exceptionis ut le. ſi q̄ mulier & le. antiq. C. ad uel. itē pa-
tet in ſtipulatione dolo uel metu facta contra quam datur
exceptio ut per totuꝫ de doli excep. & per totuꝫ. quod me-
tus cauſa. ſed reſpondet bar. in eadeꝫ le. ſi is qui pro empto-
re q; hoc eſt propter iuris repugnandum. cum enim contra-
ctus habuerit omnia eſſentialia: puta cōtrahentes habiles
interrogationem & reſponſionem & cetera que in ſtipulatio-
ne deducūtur. ex qualitate extrinſeca non poteſt impedi-
ri quin ualeat ipſo iure. fateor q; illa ſit ratio quare produ-
citur ipſa obligatio & actio non tamen eſt ratio ex qua fin-
gatur contractum non fuiſſe. immo cum exceptio ſit fun-
data ſuper qualitate cōtractus puta quia metu fuit factus
neceſſario preſupponitur conſenſio. nam qualitas ſine ſu-
biecto eſſe non poteſt. item conſidera q; non eſſet iuris re-
pugnantia q; talis contractus annullaretur ipſo iure quia
ſepe contractus anullantur ex qualitate extrinſeca ut no-
tat ipſe bar. in le. uniuerſa. C. de precibus impe. offe. ut pu-
ta quia non interueniunt cōſanguinei uel neceſſarii ex ſta-
tuto requiſiti. & probatur in contractibus bone fidei in qui-
bus nullus eſt contractus dolo uel metu factus. iteꝫ proba-
tur in eadem le. antiq. C. ad uel. cū ſimilibus que expreſ-
ſe probat anullari ex cauſa extrinſeca in eodeꝫ caſu in quo
alias ope exceptionis anullabatur iure antiquo ergo non
eſt ex iuris repugnantia. unde nō uidetur recte docere bar.
q; ibi cumq; datur exceptio contra ea que ſunt iuris uel
iuris & facti: eſt propter repugnantiam iuris. hec confirmā-
tur per ea que late tradduntur in ca. diſpendia de reſc. li. 6.
ubi proceſſus alias elidibilis per exceptioneꝫ iure antiquo
iure nouo anullatur ipſo iure. immo ut ibi notatur quādo
uerba elidentia ope exceptionis repetuntur iure nouo im-
portāt ut introducat nullitas ipſo iure. ut reſcriptū eſt ius re-
i ſū ſcriptū. ergo q̄ ſunt iuris ope exceptionis elidi poſſunt.
nec eſt dicendum hoc ex iuris repugnantia conſiſtere cum
in eodem caſu ſit nullum quo antiquitus erat elidendum.
quod argumentum in teſtamentis & in aliis caſibus ſepe
uerificatur. hec ſunt que in comento huius §. conſidera-
bam. & te lectorem rogatum uellem: ne leui noſtra & no-
ui hominis opinione ſed alta libataq; mente iudices. ego
enim (ut in propriis cuiq; euenit) noſtra legens quandoq;
ita afficior. ut non Fortunium ſed antique autoritatis ui-
rum legere uidear. quo fit ut ab aliorum doctorum ſentē-
tiis me liberum mihi perſuadens: in noſtras paſſim & no-
uas opiniones facile inclinet. ſed tu medius mediam te-
neas ſententiam. Fortunius garcia. I. V. Doctor.

FINIS.

Regiſtrum.
A B C D E F G H I K L.
¶ Omnes ſunt Terni Preter L. qui eſt duernus.

¶ Impreſſum Bononie in edibus Benedicti
Hectoris Bibliopol. Bononien. Anno
Domini. M. D. XIIII. Idibus
Menſis Septembris.

¶ In nomine ſancte trinitatis incipit ſupellibſima Repeti/
tio eiuſdem fortunii ſuper.c.I.de pactis.

Atigonus epiſcopus. & ſi homi/
nem ſatis nouū iuris
a ciuilis principia nouiſſime enucleantem atq
declarantem in ſuperioribus uideris:nūc etiā
iuris canonici latiū a in contractuum obſeruatione ipſa iu
ſticia inueſtigantem audire libeat.quippe ex inferiorum le
ctione clare colliges:adeo neceſſariaʒ iuris petris canonici
iuris cognitionē:ut pleriq ignorātēr ſibi pſuadeāt(& ſi iꝰ
canonicū nō calluerint) ius & iuſticia i quo uerſerut:ſe nō
ignorare.ſicut enim ex quattuor elementis quaſi ſibi obſi
ſtentibus tota cōnectitur:& pſiſtit natura:ita ex utriuſq
iuris ratione & preceptis facie ipſa ſibi refragantibus:iuſti
cia perpenditur:conſeruaſ & ſibi cōſtat. at cū ſit perpetua
ſibiq omnino conſtanſ:ſi totaʒ ſibi non habeas:nec partē
habere credideris. ¶ In.c.iſto ſequar repetendi ordine cō/
ſuetum:nec quicq̄ dicendū erit ſup rub.cōtinuatione. Pri
mo igitur ſūmabo tex. & notabilia colligā & ex his inferā.
Secundo gloſas ſimul cum doctorum opinionibus exami
nabo.tertio aliq̄ a doctoribus in propoſito dicta:dubia eſſe
oſtendam. ¶ Vnuſquiſq eccleſie ſubdictus:eccleſiaſtica
diſciplina pacta licita obſeruare compellitur:hoc dicit.
¶ Primo nota ex tex.q pacta & conuētiones dum ſint li
cite de iure canonico habent preciſam compulſionem:qđ
eſt ſingulare & cōtra doctoꝝ opinionē:at amen tex. noſter
id tenet:probatur enim dicit q ſi conuentus nō ſeruauerit
promiſſa:eccleſiaſticam ſenciat diſciplinā:ut illa uerba idē
ſonant:ac ſi diceret:cohercea ſententia interdicti:aut ſuſ/
penſionis:aut excomunicationis ſecundū penā magis rei
congruentē.ut in.c.querenti.ī.de uerbo.ſig.ergo his penis
cōpellitur quis obſeruare promiſſa:& ita ſentit do.abb.hic
in ſecundo notabili. unde male intelligebat dominus car
di. hic cui etiam in hoc aſſentit dominus Abb. hic in fi/
na. uerbis. q tex.noſter in illa alternatiua(aut conuentus
ſi nō ſe cohibuerit eccleſiaſticā ſentiat diſciplinā) nō indu
cit preciſam cōpulſionē:ſed excomunicationē uel ſuſpen
ſionē:ādeo cōpetebat tantū officium iudicis:nec pars pote
rat petere preciſe obſeruantiā pacti.do.Abb. fateſ ponde
rationem ipſius cardi.ſed ipſe dicit aliter cōſiderandū.ſ.q
etiam ſi Antigonus epiſcopus diſiunctiue propoſuiſſet:ta
men concilium reſpondidit aſſumendo unā partē diſiun/
ctionis:hoc eſt:pacta eſſe ſeruanda:unde pacta ſunt ſeruā/
da & compelleſ quis preciſe ad eoꝝ obſeruātiam:arg. tex.
in.c.none.ī.de preſ.hec dicit do.Abb. ¶ Certe mihi nec
ſubtiliter nec recte uideſ tex.īterpretari:& ego ignoro qua
ratione:cum in aliquo precepto ponitur cenſura uel diſci/
plina eccleſiaſtica:ob hoc ipſum nō credatur cōpulſio pre/
ciſa:probatur noſtra dubitatio:quia cuʒ ius canonicū uult
aliquē compellere:procedit ſua diſciplina: & cohertiōne ut
uidemus in.c.I.de offi.de leg.ī.c.preterea.eo. ti. & per totū
ius canonicū.immo ſi eſt aliquis caſus in mūdo quo ius ca
nonicū poſſit cōpellere:debet cōpellere diſciplina eccleſia
ſtica. quia eccleſia aliena diſciplina nō cogit ſed ſua ut i.c.
cū non ab homine.de iudiciis.ī.Itaq ego ignoro quid ſibi
uelit do.Cardi. ¶ Nec dominus Abb.recte ſentit diuerſi
tatē inter dicta ipſius Antigoni & dicta ipſius cōcilii.quod
ego manifeſta ratione oſtendo. Nam cōcilium ea ratione di
xit q pax ſeruet & pacta cuſtodiātur:quia uoluit cōfirma
ri qđ Antigonus dixerat:& ideo dicendū eſt:nō diſſentiſſe
ab alternatiua antigoni.imo eū pacta precipiāſ obſeruari.
aut uniuſquiſq placide obſeruet que promiſit: aut ſi quis
noluerit ea obſeruare:ſentiet eccleſiaſticā diſciplinā: idēſt
eccleſia ſua cohertione eum coget.Itaq idē eſt ſenſus & an
tigoni & cōcilii: immo clarior & diſtinctior fuit propoſitio
Antigoni:q̄ cōfirmatio concilii.quia Antigonus dicebat
pacta eſſe ſeruanda.aut qui ea nō obſeruauerit.ſentiet ec/
cleſiaſticā diſciplinā.cōcilium dixit ſimpliciter pacta eſſe ſer
uanda.tamen in hoc precepto includitur utrūq. ¶ Ex his
infero q etiā pactū nudū de iure canonico habet preciſaʒ
compulſionē.nec ſuccedit intereſſe:etiā ſi obligatio ſit facti:
probatur ex ſuperioribus & clarius ex mēte noſtri tex.quē
tu ſemper teneas menti.nā hic dicitſ q aut conuētus ſe co

hibeat.aut ſentiet eccleſiaſticā diſciplinā.notādū ergo:q ſe
cohibere promiſit:& ſic factū.& tamē tex.nō dicit q ſi non
ſe cohibeat.ſoluat intereſſe.ſed q ſentiet eccleſiaſticā diſci
plinam idēſt interdictum:uel excomunicationeʒ uel ſuſpē
ſionē ut in dicto.c.querenti.q ſi ſucceſſiſſet intereſſe: illud
poſuiſſet in alternatiua:de hoc inferius tractabitur. ¶ Ter
cio noto q per iſta uerba(pacta cuſtodiantur)introduciſ p
ceptū neceſſariū.adeo q eccleſiaſtica diſciplina quis cogiſ
cuſtodire ea:nā hic ut uides ex hoc fuit cōfirmata propoſi
tio epī.quia dixerunt uniuerſi.pacta cuſtodiantur.ſed epi/
ſcopus dixerat: q aut cōuentus obſeruaret que promiſit:
aut ſi non obſeruaret.ſentiret eccleſiaſticā diſciplinā. ergo
ex his uerbis(pacta cuſtodiātur)imponitur neceſſitas ſub
eccleſiaſtica diſciplina.nec mirū.nā hoc uideſ habere ſūma
rationē.quia pacta iure naturali ſeruanſ ut le.i.i prin.ff.eo.
le.ſi cum.§.naturales.de ſolu.ff.ſed tranſgreſſio iuris natu
ralis:nō eſt ſine peccato.ut in.c.fi.de conſue.ſu.at cuʒ iuris
canonici finis maxime tendat ad ſalutē animaꝝ ut in.c.no
uit de iudi.ī.in.c.eccleſia ſancte marie de conſti.ſatis igitur
congruit ut pacta & conuentiones a canonico iure cuſtodi
ri precipiantur & de facto nō cuſtodientes.cogantur eccle
ſiaſtica diſciplina.hoc cōfirmaſ: q ultra terminos iuris na
turalis ineſt preceptū canonicū. unde ex eodē pcepto im/
ponitur neceſſitas ſub peccato & excomunicatione ut i.c.
ſi quis de maio.& obedi.ī.recte ergo cogiſ: ad id obſeruā/
dum.unde.hic poſſumus notare.tex.ut ſupra inductuʒ ad
id quod notaſ.i auct.ſacramenta in uerbo obſeruandū de
reſci.uendi.& in le.ſtatuas.de acq.re.do. ¶ Ex his etiā in/
feras q quilibet chriſtianus nō obſeruans licitā pentionē
ſaltim cōtra tria iura diceſ peccare.primū contra ius natu
rale quod uerſatur: i pactis & cōuētionibus obſeruādis ut
in ſupra al.l.i.ſecundum.cōtra ius gentiuʒ & naturale:quo
maioribus & iuri canonico obedire tenemur ut in le. uelu
ti.ff.de iuſticia.& iure.et quia diuino iure ſi quis nō obedie
rit principi:morte mori precipiſ. ut legiſ libro regum qđ
ius diuinū eſt naturale ut in.§.in lege.&.ſi.tertiū cōtra idē
ius canonicū qđ pacta obſeruare precipit. ¶ Secundo in/
feras q ſicut quādo iure ciuili aliquid precipitur. ex eodē
iure daſ remediū ad precepti executionē:quod eſt actio &
exceptio.ut le.ſtatuas de ac.reꝝ do.notaſ i auten. ſacramē
ta.C.ſi ad uer.uen.ita de iure canonico:cum aliquid preci/
piſ.tale preceptū habet i ſe remedia canonica ad eius effe
ctū & executionem.que quidē remedia:ſunt eccleſiaſtica
cohercio et diſciplina que in excomunicatione:uel interdi
cto uel ſuſpenſione cōſiſtit ut in dicto.c.querenti.de quo i
ferius latius. ¶ Sed contra ſuperiora ſtat arg.uidemus eni
eodē modo iure ciuili eſſe preceptū ut pacta cuſtodiantur
ut in le.iuriſgentiū.§.pretor.ff.eo.et le.i.in prin.eo.ti.quin
imo per uerbū.omnino.quod eſt preciſum.ea cuſtodiēda
dicunſ le.ſi quis in cōſcribendo.C.de pactis.et tamē uide/
mus q ſi ex hoc daſ neceſſitas executionis a iure ciuili eū
nō deſ actio ut in le.iuriſgentiū.§.ſed cū nulla.et.§.quini/
mo.eo.ti.ff.reſpondeo q nō eſt preceptū iuris ciuilis.ſed p
totū: qđ quidē noluit precipere:taliter.ut actionē cōſtitue
ret qđ inferius clare uidebis.
¶ Quarto noto ex tex.q ex pacto nudo de iure canoni/
co oriſ ius agendi.qđ tali ratione probatur.quando cunq
lex precipit aliquid ſeruari:aut cuſtodiri: oriſ actio i tali ca
ſu.ut notaſ in auten.ſacramēta puberū.C.ſi aduer.uendi.
et ibi Bar.le.ſtatuas de ac.reꝝ dominio.ff.ſed hic diciſ a le
ge canonica.pacta eſſe cuſtodienda.ergo oriſ actio de ca/
nonū iure.iſto eodē argumēto utiſ bart o. in le. ſi quis pro
eo de fideius.in.2.col.in medio.unde iſto modo:poterit ſal
uari gl.hic quā pungit Io.An.& ſequiſ.d.Abb dicētes: q
hic expreſſe diciſ actionē naſci.& nō ex argumēto. prout
glo. dicebat. Sed pōt dici argumentatiue: uel uirtualiter
cōprehēdi:quia ut dixi:talis debet formari ratio uel argu/
mētum ut ex hoc tex.eliciaſ actionē ex pacto nudo oriri
nā expreſſis uerbis id nō dicit:ſi enim id expreſſe diceref:
tāta diſſenſio & cōtrouerſia inter docētes nō eſſet. ¶ Ha
bes ergo q ex cōuētione nuda de canonū iure oriſ actio:
In hāc ſententiam ſunt cōtter doctores.Sed Inno. hic & Io.
de Imo.in Rep.c.cū cōtingat.ī.de iure iu.Saly.& Richar.
de Salycetis.in.l.legē.C.de pactis. Ange.in.§.I perſonaʒ.

iniquis uel contra legem nature etiam ſi ſint principibus obedire non tenemur ut in.c.quid culpatur.xxiii.q.i.unde talia precepta ſunt irrita & uana ut docetur in.c. quo iure. viii.di.& in.c.ſi.de preſ. ¶ Apparet igitur ꝙ in.l.etiam.ff. de uſuris nō inſit ciuilis obligatio.nec obſtat ꝙ lex illa dicat ꝙ uſure debentur.nam fateor ꝙ debentur iuris ciuilis & illius iuriſconſulti intentione. que tamen fallitur circa uſurarum iuſtitiam; quam proſequitur ius canonicum: cui in his ut ſuperiori obediēdum eſt in.c.omnis principes. de maio.& obe.& in dicto ca.tra.boni.octaui.& ſatis notatur in.c.ex tenore de foro com.& in cle. diſpendioſam de iudiciis.& in dicto.c.quia in omnibus. ¶ Sed ſi uelis excuſare caſum in le.frumenti.C. de uſuris. Dic ꝙ intelligitur in frumenti acceſſione propter incertam extimationē .ſ.quando incerta eſt extimatio nec alias uenditurus erat. in terminis.c. nauiganti. & .c. conſuluit de uſuris. Tunc enim naſcetur & ciuilis & naturalis & canonica obligatio per tex.noſtrum.Sed tunc non preſupponitur uſura. qua preſuppoſita nunꝙ orietur iuſta actio. ¶ Nec obſtat qđ dicunt petrus & Io.faber in.i.col.in fine.in.§. de conſti. qđ etiam confirmant moderni ticinenſes ibidem ꝙ id eſt diſpoſitum propter neceſſarium uſum uictualium. Ad quod ſatis faceret opinio philoſophorum qui tenent terram ſubtus aquam naturaliter conſiſtendam.tamen ad uitam animantium ſic eſſe compoſitam: ut pars eius aquas ſuperet. ſic ad neceſſitatem uictualium uidentur etiam uſuras contra ius nature permittendas.Sed in contrarium eſt ueritas quia etiam in uictualibus non eſt permiſſa acceſſio uſuraria.ut in.c. nauiganti.qui expreſſe loquitur in frumento.& in.c.ſi quis oblitus.xiiii.q.iii.nam ſine uſura poteſt ſuppleri neceſſitas generis humani.immo eſt contra genus humanum quia quicquid moribus naturaliter precipitur tendit ad conſeruationem generis humani & hec eſt finis omnium legum. cogita.quia hec extra ſunt a uulgo: plus tamen ualet apud me uera ratio ꝙ uulgi opinio.

¶ Ultimo dubitari poteſt an ſecundum ius canonicum. pactum contrarium reſoluat ſtipulationem. & arguitur affirmatiue. quamuis enim pactum nudum non reſoluat obligationem ciuilem, ut in le.ſi unus.§. pactus.ff. eo. tamen ſi lege aliqua confirmetur tollit eam ipſo iure ut in.l. legitima.eo.ti.ſed pacta per tex.noſtrum confirmantur ergo tollunt obligationem contrariam. ¶ Pro contraria parte arguitur quia naturalis regula eſt ut omnis res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluatur ut in le. nihil. de reg.iu.ff.& in reg.i.de reg.iu.infra.in ſtipulatione igitur ſubeſt obligatio ciuilis. quia eſt ciuilis contractus canonica.& naturalis.quia ineſt conſenſus ut in.c.i.ergo per pactum reſoluetur canonica uinculo contrarie conuentionis et eodem modo naturalis ut in le. iterum.§. naturales. de ſol.ſed ciuilis ſemper remanet.niſi dicas ꝙ pactum reſolutorium a iure canonico ualidum etiam ius ciuile canonicū imitaturum(ut i ſuperioribus teneri poſſe diſputabam)pro ualido habeat.Sed de hoc ſatis dubito.¶ Item apud clericos uel laicos iuri ciuili non ſubditos.dici poſſet ꝙ pactum reſoluat ſtipulationem de iure canonico.nec obſtat regula naturalis reſolutiua.quia tunc erit uetum eundem modū reſolutionis requiri:quando modus neceſſarius eſt adhibitus.ſi tamen uel modus uel aliquid non neceſſarium actui ſit adiectum:ut conuentioni ſtipulatio inter perſonas eccleſie ſubditas. tunc nō uidetur ꝙ talis modus uel ſtipulatio ſit neceſſaria ad reſolutionem. niſi etiam diceres ꝙ quamuis pacta nuda a iure canonico ſint confirmata.tamen nō ob hoc deſinit confirmare ſolemnitates legales ſtipulationis. cogita quia iſtam rationem facile reſoluere poteris. & nihil in hoc.nec in omnibus que ſcripſi niſi ut diſputator affirmo. Tenebo igitur & ego & unuſquiſq; uel meis uel alienis rationibus quod equum iuſtumq; uidebitur: & ea inſcipe quod boni recti q; dia.etiam ſit deo laus & gloria.

Fortunius gratia abcerſia.I.V.Doctor.

FINIS.

¶ Bononiæ impreſſa in Aedibus Benedicti Hectoris Bononienſis / Anno ab incarnatione Dñi.M.D.XIIII. Nonis Decembris.

✣

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O.

¶ Omnes ſunt Terni preter .L.; qui eſt Duernus.